Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

stantes erecti propter quod euuangelio. Scio unde uem & quo uado. Hiac quidam precedunt episcopum ad dor altare martyribus assimilati. quia ante aduentum xpi martyres extiterunt. Et postea retro stant quia post natiuitatem dni multo plures martyrio coronatisunt. Et ipsis aut diacombus stant quidam a dextris alii a sinistris. sed plures a dextris. quia a sinistris. quia per contemplatiuam uitam que intelligitur in dextra. plures in eterno coronantur regno. quam per actiuam uitam. que intelligitur in sinistra. Sufficit enim exemplum duarum sororum. marie scilicet & marthe. quarum una circa plurima ministrans turbata agnoscitur. & altera uerbis dni solum in intendens optimam partem elegisse legitur. Acoliti idest illuminatores ecclesie tenent candelas usq; ad kyriet. & tunc deponunt. quia oportet ut doctores rudes ppli. nulla tenus de manibus relinquant. ante quam populus subiectus sciat dicere. Vnde miserere mei peccatoris. Xpe enim episcopus super omnem lucem fulgens aduenit. Pertinet enim kyriet. ad diuinam patris exercitiam. ut qui filium suum pro nobis tradidit. eruat nos a penis infernii. Xpet. celebratur. ut filius dni nri una cum patre det nobis uitam eternam. Incipit de inde sacerdos. Gla in excelsis deo. Ymnum in natiuitate saluatoris a angelis de cantatum. sed a beato hilario pictauensi episcopo postea auctum & consumatum. Et hoc ipsum ad imitationem angelorum. ut ostendamus nos eundem dm colere in terris. quem & angeli uenerantur in celis. Solus episcopus inchoat. Gla in excelsis deo. quia solus angelus nunciauit pastoribus natiuitatem xpi. per quam gla de cantatur. Vnde inde cantat totus chorus. quia cum angelo incipiente facta est multitudo celestis exercitus. laudantium & dicentium. Gla in excelsis deo. & cetera. Gla in excelsis cantatur. ut ostendatur. xpo nato. Glam in excelsis esse angelis. qui numquam peccauerunt. nec discordiam cum deo habuerunt. Et